

turus est vobis, et habeatis et possideatis illum.

32. Videte ergo ut impletis ceremonias atque iudicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — COCOSCITE, id est, considerate. Est metalepsis.

DISCIPLINAM. Heb. *masar*, id est, castigatorem, quæ scilicet variis penis et modis Deus vos, quasi pueros erudit, et formavit, tum in Ægypto, tum post egressum ex Ægypto. Ita Vatabl.

VERS. 4. — QUOMODO, etc., DELEVERIT EOS (Ægyptios) USQUE IN PRESENTEM DIEM, id est, omnino deleverit eos, ita ut nunc nemo superstes sit, qui vobis noccat.

VERS. 6. — ELIAR, QUI FUIT FILIUS RUBEN, non immediatus, sed mediatas, puta nepos, vel abnepos.

VERS. 10. — CUM POMIS, cum filiis et familiâ. Vide sex domus significationes apud Abul. hic.

TERRA ÆGYPTI, etc., UBI AGRE DECENTER IRRIGUE. Heb. est, *quam rigabas pede, sicut hortum*; rigare pede, est rigare labore et fossione suâ, videlicet ex flumine Nilo deducendo aquas, per sulcos et fossas, q. d. : Aquam in Ægypto non habebatis, nisi in campis, nec nisi per laborem vestrum, deducendo scilicet sulcos ex Nilo in campos, uti in hortis fieri solet; in Ægypto enim rare, vel nulla sunt pluvia. At in Chanaan, terra et in campis et in montibus, sine labore ex cælo et cælesti pluvia abunde irrigatur, q. d. : Ergo multo melior est terra Chanaan, ad quam tenditis Ægypto, unde existis.

VERS. 11. — DE CÆLO EXPECTANS PLUVIAM. Hebr., *de pluvia cæli bibit aquam*, q. d. : Terra Chanaan, non aquâ Nili, sed cælesti irrigatur; unde Deus eam visitat, oculique Domini toto anno super eam sunt, quia ejus curam semper gerit Dominus, providens stato tempore pluviam, ventum, calorem, frigus, etc., ne quid desit ad fructus et fruges producendas et maturandas.

VERS. 14. — TEMPORANEAM ET SEROTINAM. Pluvia temporanea est, quæ mature et tempestive mense octobri, jactis in terram seminibus, in Judæa depluit, itaque semina germinare facit. Serotina est, quæ sero mense aprili aut maio depluit, frugesque et fructus ad maturitatem producit. Significat ergo hæc phrasim omnem pluviam tempestivam, opportunitate frugibus.

32. Prenez donc bien garde à accomplir les cérémonies et les ordonnances que je vous proposerai aujourd'hui.

Hinc Propheta, ut Osee c. 6, v. 3, et Joel c. 2, v. 23, comparant Christum pluvie temporaneæ et serotinae, quia Christi adventus gratissimus et maxime opportunus fuit mundo et hominibus ad salutem. Erant enim hæc pluvia et gratissima omnibus, et multum expectate, maximeque necessariae.

Allegor. pluvia temporanea fuit doctrina legis data per Moysen, quæ semina jacta per patres legis natura germinarunt. Doctrina legis novæ est pluvia serotina, quæ fructus maturascant et perficiuntur. *Nihil enim ad perfectam adduxit lex*, ut ait Apostolus, quia perfectio et maturitas Evangelio servabatur. Et hoc est quod ait Zachar. c. 14, v. 4 : *Petite à Domino pluviam in tempore serotino*, id est, petite à Deo doctrinam Evangelii, quæ arida totius terre dirigitur, uti explicat S. Hier.

Hinc patet, terram promissam ex se et natura suâ, ante ingressum Hebræorum, cum incoleretur à Chanaanais, fuisse valde fertile. Unde vocatur terra lacte et melle manans, et talis ab exploratoribus inventa est Num. 13, 28; præcipuam tamen suam ubertatem habuit ex influentiâ Dei, et populi religione, ut patet hinc v. 15, et Isaïe 1, v. 19. Unde peccante populo, eam subtraheret Deus, ut minatur hic v. 17, et ita evenisse, patet Aggei 1, 9 et sequent., Amos 4, 7 et sequent., Jerem. 12, 15, et passim in Prophetis. Sic Pentapolis, quæ olim fuit fertilissima, ut patet Genes. 13, 10, ob peccata Sodomitarum, conversa fuit in mare salissimum. Hinc illud Psalm. 106, 34 : *Convertit terram fructiferam in sanguinem, à multitudine inhabitantium in ea.*

Anagogicè, fecunditas terre promissæ significabat abundantiam bonorum spiritualium, in terrâ viventium, quæ electis promissa in cælis; quæ de re vide Procopium hic.

VERS. 18. — SUSPENDITE EA PRO SIGNO; assidue ea vobis proponit, est catachresis. Vide dicta c. 6, 8. Aliter Abulensis. Per manum, inquit, significatur operatio, pro oculum intellectus consideratio, q. d. : Precepta ista sunt colligata in manibus, id est, in operatione vestra, quæ signatur per manum, sicutque inter oculos vestros, id est, in consideratione mentis

vestro, ut assidue consideretis num in aliquo deficiatis.

VERS. 21. — QUANDU CÆLUM IMMINET TERRÆ. Heb., *juxta dies cæli super terram*, id est, quando cælum terræ imminet, puta in æternum : est hyperbole, significans, in finem usque mundi, sive usque ad diem judicii. Itaque nisi peccassent Judæi, derelinquendo Deum, et Messiam respuendo, possedissent terram promissam usque ad finem mundi. Hoc enim eis hic promittit Deus.

VERS. 22. — VIS EJUS, mandatis ejus quæ sunt quedam viæ directivæ actuum nostrorum ad finem ultimum, scilicet ad Deum et ad beatitudinem.

VERS. 26. — EX PROPOSO IN CONPECTU VESTRO HOMI, BENEDICTIONEM ET MALEDICTIONEM. Acer hic est stimulus ad Dei legem et metum. Vis benedicti à Deo? Deum time, Deo obedi; si enim ei sis inobediens, maledicti, id est, malefaciet tibi, teque acerrime et in hæc vitâ et in futurâ puniet. Eodem stimulo urget Hebræos Moses c. 30, 19, eum ait : *Testes invocò hodie cælum et terram, quod proposuerim vobis vitam et mortem, benedictionem et maledictionem. Elige ergo vitam, ut et tu vivas, et semen tuum.*

VERS. 29. — PONES BENEDICTIONEM SUPER MONTEM GARIZIM, MALEDICTIONEM SUPER MONTEM HE-

CAPUT XII.

1. Hæc sunt præcepta atque iudicia, quæ facere debetis in terrâ quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi; ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris.

2. Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, et colles, et subter omne lignum frondosum.

3. Dissipate aras eorum et confringite statuas, lucos igne comburite, et idola comminute: disperditæ nomina eorum de locis illis.

4. Non faciatis ita Domino Deo vestro:

5. Sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, et habitet in eo, venietis;

6. Et offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras, decimas et primitias manuum vestrarum, et vota atque donaria, primogenita boum et ovium.

7. Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri; ac habitabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum, vos et domus vestra, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.

BAL, q. d. : Curabis à Levitis proclamari benedictionem ex monte, vel potius versus montem Garizim, super observantes legem Dei, et maledictionem ex monte, vel potius versus montem Hebal, super prævaricatores legis, populo respondente: Amen. Vide hæc fusiùs explicata cap. 28, in fine, et Josue 8, sub finem.

VERS. 30. — QUÆ EST JUXTA VALLEM TRANDEM ET INTRANTEM PROCL. Pro, *vallem*, hebræus, *eloa*, quæ vox illicem, vel arborem è quercuum genere significat, uti Septuag. et noster passim vertunt; sed noster hic quercetum, per quercus synecdochicè significari intellexit, vallem scilicet quercibus refertam; vallem enim fuisse, optimè notat S. Hier., qui loca sancta accuratè illustravit. Rursùm, *pro vallem tendentem*, hebræicè est, *eloa more*, id est, quercetum, vel vallis monstratoris, uti docet Masius in Josue 24, Jam vallis monstratoris, est vallis protensa, monstrabilis, magna, pulchra, et ut noster vertit Genes. 12, 6, illustris. Est hæc vallis juxta Sichem, ad quam primò venit Abraham, veniens ex Chaldæa in Chanaan. Nam juxta Sichem esse montes hos Garizim et Hebal, docet Josephus oculatus testis, cui potius credendum est, quam Eusebio; is enim auctor est lib. de Locis hebraicis, qui falsò S. Hieronymo tribuitur, uti rectè probat Masius in Josue 8, 30.

CHAPITRE XII.

1. Or, voici, dans un plus grand détail, les préceptes et les ordonnances que vous devez observer lorsque vous serez dans le pays que le Seigneur, le Dieu de vos pères, vous doit donner, afin que vous le possédiez pendant tout le temps que vous serez sur la terre.

2. Renversez tous les lieux où les nations dont vous posséderez le pays ont adoré leurs dieux sur les hautes montagnes, et sur les collines, et sur tous les arbres couverts de feuilles.

3. Détruisez leurs autels, brisez leurs statues, brûlez leurs bois profanes; réduisez en poudre leurs idoles, et effacez de tous ces lieux la mémoire de leur nom.

4. Vous ne vous condirez pas comme ces nations à l'égard du Seigneur votre Dieu, vous ne lui offrirez pas des sacrifices dans vos maisons, ni dans des lieux profanes;

5. Mais vous viendrez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi d'entre toutes vos tribus pour y établir son nom et pour y habiter;

6. Et vous offrirez dans ce lieu-là vos holocaustes et vos victimes, les dîmes et les prémices des ouvrages de vos mains, vous viurez et vos dons, les premiers-nés de vos bœufs et de vos brebis.

7. Vous mangerez là en la présence du Seigneur votre Dieu, et vous y goûterez avec joie, vous et vos familles, de tous les fruits des travaux de vos mains que le Seigneur votre Dieu aura bénis.

8. Non facietis ibi que nos hic facimus hostiis, singuli quod sibi rectum videtur.

9. Neque enim usque in presens tempus venistis ad requiem, et possessionem quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

10. Transibitis Jordanem, et habitabitis in terrâ quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis à cunctis hostibus per circuitum, et absque ullo timore habitetis.

11. In loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo; illuc omnia, que principio, confeceritis, holocausta, et hostias, ac decimas, et primitias manuum vestrarum, et quidquid præcipuum est in muneribus, que vocabitis Domino.

12. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos et filii ac filie vestre, famuli et famule, atque Levites qui in uribus vestris commorantur, neque enim habent aliam partem et possessionem inter vos.

13. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris;

14. Sed in eo quem elegerit Dominus, in unâ tribuum tuarum offeres hostias, et facies quemcumque præcipio tibi.

15. Sin autem comedere volueris, et te esus carnum delectaverit, occide et comede juxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in uribus tuis: sive immundum fuerit, hoc est, maculatum et debile: sive mundum, hoc est, integrum et sine maculâ, quod offerri licet, sicut capream et cervum, comedes,

16. Absque esu duntaxat sanguinis, quem super terram quasi aquam effundes.

17. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti, et vini, et olei tui, primogenita armentorum et pecorum, et omnia que voveris, et sponte offerre volueris, et primitias manuum tuarum;

18. Sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu et filius tuus et filia tua, et servus et famula, atque Levites qui manent in uribus tuis: et letaberis et reficieris coram Domino Deo tuo, in cunctis ad que extenderit manum tuam.

19. Cave ne derelinquas Levitem in omni tempore quo versaris in terrâ.

20. Quando dilataverit Dominus Deus tuus

8. Vous ne vivrez plus alors comme on vit ici aujourd'hui, où chacun suit ce qui paraît droit à ses yeux, sans s'assujettir à la plupart des cérémonies de la loi, que les mouvements continuels où vous avez été ne vous ont pas permis jusqu'à présent de pratiquer.

9. Car vous n'êtes point encore entrés jusqu'à ce jour dans le repos et l'héritage que le Seigneur votre Dieu vous doit donner.

10. Mais vous passerez le Jourdain, et vous habiterez dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous donnera, afin que vous soyez en repos du côté de tous les ennemis qui vous environnent, et que vous demeuriez sans aucune crainte.

11. Dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir sa gloire et son nom. Ce sera là que vous apporterez, selon l'ordre que je vous prescris, vos holocaustes, vos hosties, vos dîmes, et les prémices des ouvrages de vos mains, et tout ce qu'il y aura de meilleur dans les dons que vous aurez fait venir d'offrir au Seigneur.

12. C'est là que vous ferez des festins de réjouissance devant le Seigneur votre Dieu, vous, vos fils et vos filles, vos serviteurs et vos servantes, et les Lévités qui demeurent dans vos villes; car ils n'ont point d'autre part, et ils ne possèdent point autre chose parmi vous que les offrandes que vous ferez au Seigneur.

13. Prenez bien garde de ne point offrir vos holocaustes dans tous les lieux que vous verrez, et que vous croirez propres à y offrir des sacrifices.

14. Mais offrez vos hosties dans celui que le Seigneur aura choisi en l'une de vos tribus, et observez-y tout ce que je vous ordonne ici aujourd'hui.

15. Que si vous voulez manger de la viande, si vous aimez à vous nourrir de chair, tuez des bêtes, et mangez-en selon la bénédiction que le Seigneur votre Dieu vous aura donnée dans vos villes; soit que ces bêtes soient impures, c'est-à-dire, qu'elles aient quelque tache ou quelque défaut dans les membres du corps, soit qu'elles soient pures, c'est-à-dire entières et sans tache, comme celles qui peuvent être offertes à Dieu, mangez-en ainsi que vous mangez de la chèvre et du cerf.

16. Abstenez-vous seulement de manger du sang, et ayez soin de le répandre sur la terre comme de l'eau.

17. Vous ne pourrez manger dans vos villes, ni ailleurs, la dîme de votre froment, de votre vin et de votre huile, ni les premiers nés des bœufs et des autres bestiaux, ni rien de ce que vous aurez voué, ou que vous voudrez de vous-mêmes offrir à Dieu, ni les prémices des ouvrages de vos mains.

18. Mais vous mangerez de ces choses devant le Seigneur votre Dieu, dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi, vous, votre fils, et votre fille, votre serviteur ou votre servante, et les Lévités qui demeurent dans vos villes; et vous prendrez votre nourriture avec joie devant le Seigneur votre Dieu, en recueillant le fruit de tous les travaux de vos mains.

19. Prenez bien garde de ne pas abandonner le Levite, pendant tout le temps que vous serez sur la terre.

20. Quand le Seigneur votre Dieu aura étendu

terminos tuos, sicut locutus est tibi, et volueris vesci caribus, quas desiderat anima tua:

21. Locis autem, quem elegerit Dominus Deus tuus ut sit nomen ejus ibi, si procul fuerit, occides de armentis et pecoribus, que habueris, sicut præcepi tibi, et comedes in oppidis tuis, ut tibi placet.

22. Sicut comeditur caprea et cervus, ita vesceris eis: et mandus et immundus in commune vescentur.

23. Hoc solum cave, ne sanguinem comedas; sanguis enim eorum pro animâ est: et ideo non debes animam comedere cum caribus;

24. Sed super terram fundes quasi aquam;

25. Ut bene sit tibi et filiis tuis post te, cum feceris quod placet in conspectu Domini.

26. Que autem sanctificaveris, et voveris Domino, et venies ad locum quem elegerit Dominus;

27. Et offeres oblationes tuas, carnem et sanguinem super altare Domini Dei tui: sanguinem hostiarum fundes in altari: caribus autem ipse vesceris.

28. Observa et audi omnia que ego præcipio tibi, ut bene sit tibi et filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est et placitum in conspectu Domini Dei tui.

29. Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes ad quas ingredieris possidendas, et possederis eas, atque habitaveris in terrâ earum,

30. Cave ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subverte, et requiras ceremonias earum dicens: Sicut colerunt gentes ista deos suos, ita et ego colam.

31. Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas avversatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios et filias, et comburentes igni.

32. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quidquam, nec minuas.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — GENTES QUAS (id est, quæ sunt terram et opes) POSSESSURI ESTIS.

SUBTER OMNE LIGNUM FRODOSUM. Gentiles enim arbores consuebant diis, præsertim Diane, quam nemoribus delectari putabant. Hinc in historiis martyrum sæpe legitimus, eos fuisse ad aliquem arborem ductos, ut ibi deos adorarent: nec raro arbores istas ad præces martyrum radicibus fuisse evulsas.

VERS. 3. — DISPERDITE NOMINA EORUM. Ita

du vos limites, selon qu'il vous l'a promis, et que vous voudrez manger de la chair dont vous aurez envie;

21. Si le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom est près, vous répandez en sa présence le sang des animaux que vous tuez; si le lieu est éloigné, vous pourrez tuer des bœufs et des brebis que vous aurez, selon que je vous l'ai ordonné, et vous en mangerez dans vos villes comme vous le désirerez.

22. Vous mangerez de cette chair comme vous mangez de celle des chèvres et des cerfs; et le pur et l'impur en mangent indifféremment.

23. Gardez-vous seulement de manger du sang de ces bêtes, car leur sang est leur vie; et ainsi vous ne devez pas manger avec leur chair ce qui est leur vie;

24. Mais vous répandez ce sang sur la terre comme de l'eau.

25. Afin que vous soyez heureux, vous, et vos enfants après vous, ayant fait ce qui est agréable aux yeux du Seigneur.

26. Quant aux choses que vous aurez consacrées, et que vous aurez vouées au Seigneur, vous les prendrez; et étant venus au lieu que le Seigneur aura choisi,

27. Vous présenterez en oblation la chair et le sang sur l'autel du Seigneur votre Dieu; vous répandrez le sang des hosties autour de l'autel; et pour vous, vous en mangerez la chair.

28. Observez et écoutez bien toutes les choses que je vous ordonne, afin que vous soyez heureux pour jamais, vous, et vos enfants après vous, lorsque vous aurez fait ce qui est bon et agréable aux yeux du Seigneur votre Dieu.

29. Quand le Seigneur votre Dieu aura exterminé devant vous les nations dont vous allez posséder le pays, que vous en serez actuellement en possession, et que vous habiterez dans leurs terres,

30. Prenez bien garde de ne pas imiter ces nations après qu'elles auront été détruites à votre entrée, et de ne pas vous informer de leurs cérémonies, en disant: Je veux suivre moi-même le culte dont ces nations ont honoré leurs dieux.

31. Vous ne rendrez point de semblable culte au Seigneur votre Dieu; car elles ont fait, pour honorer leurs dieux, toutes les abominations que le Seigneur a en horreur, en leur offrant en sacrifice leurs fils et leurs filles, et les brûlant dans le feu.

32. Faites seulement en l'honneur du Seigneur ce que je vous ordonne, sans y rien ajouter ni rien ôter.

legendum cum Rom. et Hebr., non cornu, uti legitur Plantin., q. d.: Ita disperdit idola, coramque templa, aras et lucos, ut ne memoria quidem idolorum relinquatur in eis, imò ut nomina eorum persub abolerentur, et aeternâ offensione sepellantur.

VERS. 4. — NON USIBIBET IN MONTIBUS, COLLIBUS, LUCIS, UT FACIUNT IDOLATRE, SED IN UNO TANTUM LOCO, QUEM ELEGERIT DOMINUS, SACRIFICABITIS.

Ubi nota : Deus ad hoc primo elegit locum Silo; ibi enim positum fuit tabernaculum et altare, Josue 18, 8, ibique mansit toto tempore iudicum, usque ad Hei, ut patet Judic. ult. 9; inde voluit illud Deus transferri in Nobe, 1 Reg. 21, 4; inde in Gabaon, inde denum transtulit illud Salomon in Jerusalem, ad templum à se exstructum, 2 Paral. 1, 5 et 13.

VERS. 5. — UT PONAT NOMEN SCUM HI, ut memoria nominis ejus specialiter eo loco sit, ibique colatur, ipseque habitet ibi, tanquam in templo suo.

VERS. 6. — PRIMITIAS MANUUM VESTRARUM, primitias frugum, quas manibus et labore vestro messistis.

NOTA, oblationes ex voto.

VERS. 7. — COMEDETIS IN CONPECTU DEI VESTRI, de hostiis pacificis, sive de oblationibus quibus vesci licitum est laicis. Nam hostiis pro peccato, votivis et holocaustis vesci non poterant laici, ut patet Num. 18, v. 9 et 15.

In CONPECTU DEI, id est, atrio, coram tabernaculo, quod est sedes et domus Dei.

IN CUNCTIS AB QUÆ MISERITIS MANUM, que scilicet labore vestro pepereritis vobis, in his LANTARINI, epulando ex his coram Domino.

NOTA. Voluit Deus Judæos celebrare sua festa et victimas cum gaudio, ut ad illa libentius et crebrius redirent, utque eos, et magis Christianos, incitaret ad gaudium spirituale, quo colit Deus, ut sit in latitâ, quasi perenne cum eo festum ineamus, quod in cælo consummabimus. Ita David Ps. 76, 4: *Remit, inquit, consolari anima mea; memor sui Dei, et delectatus sum;* et Ps. 85, 5: *Conspicit, et deficit anima mea in atria Domini. Cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vicam;* et S. Paulus 1 Thessal. 5, 16: *Semper gaudete;* et Philip. 4, 4: *Gaudete in Domino semper; iterum dico, gaudete.* Rursum Psal. 67, 4: *Iusti epulentur, et exultent in conspectu Dei; et delectentur in latitâ.* Gaude, non in seculo, sed in Domino. « Il-
lud verum et solum est gaudium, quod non de creaturâ, sed de Creatore concipitur, et quod cum possederis, nemo tollet à te: cui comparata omnis aliunde jucunditas, meror est, et omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum fædum, omne postremò quodcumque aliud delectare possit, molestum, » inquit S. Bernard., Epist. 114. Ita Esther regina cap. 14, 16: *Tu scis (Domine) quod abominer signum superbiæ et gloriæ mee, quod est super caput meum, et nunquam letata sit ancilla tua (ô purum cor!), ex quo hinc trans-*

lata sum, usque in presentem diem, nisi in te, Domine Deus. Hæc latitâ dilatat cor et spiritum, animamque et corpus vegetat, ac omnia à Deo impetrat. *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui,* Ps. 36, 4. *Animus gaudens etatem floridam facit, spiritus tristis excusat ossa,* Prov. 17, 22. Rursum omnia dura evincit: *Abant Apostoli à conspectu concilii gaudentes, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati;* et Paulus: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis;* et Jacobus: *Omne gaudium existimate, fratres mei, cum in varias tentationes incideritis.* Medium ad hoc gaudium suggerit Eccl. c. 5, v. 12: *Cognovi, inquit, quod non esset melius nisi letari, et facere bene in vitâ suâ.* Vis semper esse letus? bene facio, bona conscientia semper gaudet. *Timor Domini delectabit cor, et dabit letitiam et gaudium, et longitundinem dierum,* Eccl. 1, 11. Quis non gaudeat peccato in tribulationibus, cogitans illud S. Pauli: *Momentaneum et leve tribulationis nostræ, æternum gloriæ pondus operatur in nobis?*

VERS. 8. — SINGULI QUOD SIBI RECTUM VIDERET. Non enim servabant Hebræi cæremonia hæc præcepta in deserto, uti superius dixi.

VERS. 10 et 11. — HABITETIS IN LOCO QUEM ELEGERIT DOMINUS, q. d.: Commoremini securè in loco ubi est tabernaculum, quando ter in anno ad illud omnis Israel, juxta præceptum meum, confluit, non metuentes, ne hostes fines vestros invadant.

VERS. 12. — LEVITES QUI IN ERBIBUS TUIS COMORANTUR. Tuis, quas scilicet tu, ô Israel, Levitis dedisti; in illis enim 48 sibi datis à populo, seorsum habitabant Levite.

VERS. 15. — SI AUTEM COMEDERE VOLUERIS, videlicet carnes, extra tabernaculum, in urbe tuâ, COMEDE JUXTA BENEDICTIONEM DEI TUI, id est, comede de illis que benedicet et largietur dediti tibi Deus.

SIVE IMMUNDUM FUERIT, HOC EST, MACULATUM, Maculatum, id est, mancum (opponitur enim integro), puta si sit cæcum, claudum, mutilum; hæc enim sunt macule victimarum, ut patet Levit. 22, 22.

SICUT CAPREAM ET CERVUM COMEDES. Vox sicut, non ad præcedens offerri, sed ad sequens comedes, referenda est: sensus enim est: Comedes que Domino immolari possunt, puta oves et boves; esto sint mance, quas immolare non licet, sicut capream et cervum, quas pari modo immolare non licet; patet ex hebræo.

VERS. 18. — IN CUNCTIS AB QUÆ EXPENDERIS MANUM, id est, in omnibus bonis et facultatibus tuis.

VERS. 20 et 21. — QUANDO, ETC. VOLUERIS VESCI CARNIBUS, ETC., LOCUS AUTEM QUEM ELEGERIT DOMINUS DEUS TUUS, UT SIT NOMEN EJUS IBI, SI PROCUL FUERIT, OCCIDES DE ARMENTIS ET PECORIBUS, ETC., ET COMEDES. Nota. Jussit Deus Levit. 5, v. ult., et 17, 11, omnem sanguinem animantium mactatorum sibi effundi et offerri; adipem verò animalium eorum, que immolari poterant, puta ovis, bovis et capre, esto actu non immolarentur, sed tantum mactarentur ad esum; sibi jussit incendi et adoleri, Levitici 7, 25, si nimirum animal hoc Hierosolymæ vel non procul à templo mactaretur. Unde hic, non quidem expressâ lege sancit, sed tamen tacite innuit, congruum esse, ut qui non procul à templo habitant, cum animal aliquod tale, scilicet immolabile, mactare volunt ad esum illud mactent ad ostium tabernaculi, vel templi, tum ut sanguis coram Deo fundatur, tum ut adeps Deo adoleatur, quo facto reliqua carne vesci posse. Licet enim locus quem elegit Dominus, intelligi possit Hierosolyma, vel urbs, in qua erat tabernaculum aut templum, tamen magis propriè intelligitur ipsum templum vel tabernaculum, quia additur, *ut sit nomen ejus ibi;* hoc enim propriè competit templo, ut dixi v. 3 et 14. Rursum, licet Hierosolymite rigido jure absolute possent domi mactare ovem et bovem, dummodo sanguinem Deo effunderent, et adipem mitterent ad templum, adolendum Deo, tamen magis decens erat dignumque Deo, ut ea mactarentur juxta templum, ut ita ipsa quasi censerentur Deo mactari, et offerri per suas primitias, partesque nobilissimas, puta per sanguinem, qui Deo effundebatur coram tabernaculo, et per adipem, qui Deo adolebatur cum aliis victimis, in altari holocaustorum; hinc consequenter videtur, quod hæc animalia ferè mactata fuerint à sacerdotibus, quorum proinde ingens erat turba, quibus pro honorario, pars aliqua animalis mactati dabatur. Quia verò nimis molestum fuisset iis qui in aliis, præsertim remotis à templo, urbibus habitabant, singulos boves suos et oves mactandos adducere Hierosolymam.

CAPIT XIII.

1. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum,

2. Et evenierit quod locutus est, et dixerit tibi: Eamus, et sequamur deos alienos quos

nam ad templum, indeque mactatos domum reducere; hinc Deus hic cum iis dispensat, permittitque ut domi suæ eodem mactent, dummodo ibidem sanguinem Domino effundant; et adipis esu ob Domini honorem abstineant. Ita Abulenensis, Olearster et alii.

Disce hic, Christiane, quam epulas tuas cibumque omnem Deo offerre, quamque tam ante, quam post mensam, Deo beneficere debeas.

Lyranus tamen putat, hæc legem loquitur tantum de primogenitis ovium et bovum, que Deo offerri et immolari debebant in tabernaculo, vel templo; sed si longè ab eo abessent, poterant possessores ea vendere, vel comedere dummodo pretium eorum afferret ad templum, ut dicitur c. 14, v. 24. Verum hic primogenitorum nulla fit mentio, sed tantum carium. Rursum, primogenita illa cap. 14 vendi jubentur, et pretium offerri ad templum, ut ibi ex eo aliud animal ematur, quod Deo immoletur, ut deinde ex eo epulentur coram Domino; que omnia planè diversa sunt ab hoc casu. Denique ex primogenitis, utpote Deo immolatis, vesci non poterant immundi, qui tamen vesci poterant bisce carnibus, ut patet vers. seq.

VERS. 22. — MUNDUS ET IMMUNDUS IN COMMUNE VESCENTUR. Hebr. *simil*, vel pariter, id est, sine distinctione, vescentur; quia videlicet hæc carnes non sunt Deo oblata.

VERS. 25. — SANGUIS ENIM EORUM PRO ANIMA EST. Hebr., Chald. et Septuag.: *Sanguis enim eorum est anima*, id est, sanguis eorum est vehiculum anime; id est, vite; quia sanguine alitur et conservatur vita, ideoque pro animali et vitâ animalis, sanguinem nihil dari et libari volo; ne ergo comedas vitam ejus, comedendo sanguinem; vita enim mihi debetur. Vide dicta Lev. 5, ult. et c. 17, 11.

VERS. 27. — IN ALTARI, JUXTA ALTARE, ad basin altaris.

CARNIBUS VESCERIS, si videlicet, obtuleris eas in hostiam pacificam.

VERS. 32. — QUOD PRÆCIPIO TIBI, HOC TAN- TUM FACITO. q. d.: Ne facias, autingas tibi in cerebro tuo idolatum, ut præcessit; sed in rebus et cæremoniis Dei, fac tantum illud, quod Deus vel per se, vel per vicarios suos, puta sacerdotés, præcepit. Vide dicta c. 4, v. 2.

CHAPITRE XIII.

1. S'il s'élève au milieu de vous un prophète ou quelqu'un qui dise qu'il a eu une vision en songe, et qui prédise quelque chose d'extraordinaire et de prodigieux,

2. Et que ce qu'il avait prédit soit arrivé, et qu'il vous dise en même temps: Allons, sui-

ignoras, et serviamus eis,

5. Non audies verba prophete illius aut somnioris : quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde, et in tota animâ vestrâ.

4. Dominum Deum vestrum sequimini, et ipsum timeate, mandata illius custodite, et audite vocem ejus : ipsi servietis, et ipsi adhaerebitis.

5. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interficietur : quia locutus est ut vos averteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terrâ Ægypti, et redemit vos de domo servitutis, ut errare te faceret de viâ, quam tibi precepit Dominus Deus tuus, et auferes malum de medio tui.

6. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tue, aut filius tuus vel filia, sive uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis et animam tuam, clam dicens : Eamus, et serviamus diis alienis, quos ignoras tu, et patres tui,

7. Cunctarum in circuito gentium, quæ juxta vel procul sunt, ab initio usque ad finem terræ,

8. Non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus ut miserearis et occultes eum.

9. Sed statim interficies : sit primum manus tua supra eum, et postea omnis populus mittat manum.

10. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terrâ Ægypti de domo servitutis ;

11. Ut omnis Israel audiens timeat, et nequamquam ultra faciat quippiam hujus rei simile.

12. Si audieris in unâ urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos :

13. Egressi sunt filii Belial de medio tui, et averterunt habitatores urbis suæ, atque dixerunt : Eamus, et serviamus diis alienis, quos ignoratis ;

14. Quere sollicitè et diligenter ; rei veritate perspectâ, si invenieris certum esse quod dicitur, et abominationem hanc opere pertratam ;

15. Statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii, et delebis eam, ac omnia quæ in illâ sunt, usque ad pecora.

16. Quidquid etiam suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, et cum ipsâ civitate succendes, ita ut universa consumas

vos les dieux étrangers qui vous sont inconnus, et servons-les :

5. Vous n'écoutez point les paroles de ce prophète ou de cet inventeur de visions et de songes, parce que le Seigneur votre Dieu, en permettant que *leurs prédictions arrivent, n'approuve pas ce qu'ils disent ; mais il vous éprouve, afin qu'il paraisse clairement si vous l'aimez de tout votre cœur et de toute votre âme, ou si vous ne l'aimez de pas cette sorte.*

4. Si vous l'aimez véritablement, suivez le Seigneur votre Dieu, craignez-le, gardez ses commandemens, écoutez sa voix, servez-le et attachez-vous à lui seul :

5. Mais que ce prophète ou cet inventeur de songes soit puni de mort, parce qu'il vous a parlé pour vous détourner du Seigneur votre Dieu qui vous a tirés de l'Égypte, et qui vous a rachetés de la maison de servitude, et pour vous détourner de la voie que le Seigneur votre Dieu vous a prescrite. Et vous ôterez ainsi le mal du milieu de vous.

6. Si votre frère, fils de votre mère, ou votre fils, ou votre fille, ou votre femme, qui vous est si chère, ou votre ami, qui vous aimez comme votre vie, vous veut persuader et vous vient dire en secret : Allons, et servons les dieux étrangers qui vous sont inconnus, comme ils l'ont été à vos pères ;

7. Les dieux de toutes les nations dont nous sommes environnés, soit de près ou de loin, depuis un bout de la terre jusqu'à l'autre ;

8. Ne vous laissez point aller à ses discours, et n'y prêtez point l'oreille, et que la composition ne vous porte point à l'épargner ou à lui donner retraite.

9. Mais tuez-le aussitôt, non de votre autorité privée, mais en le déferant au juge, qui le condamnera à être lapidé. Alors qu'il reçoive le premier coup de votre propre main, et que tout le peuple le frappe ensuite.

10. Qu'il périsse accablé de pierres, parce qu'il a voulu vous arracher du culte du Seigneur votre Dieu, qui vous a tirés de l'Égypte, de ce séjour de servitude où vous qu'avez mis ;

11. Afin que tout Israël, entendant cet exemple, soit saisi de crainte, et qu'il ne se trouve plus personne qui ose entreprendre rien de semblable.

12. Si dans quelque-une de vos villes que le Seigneur votre Dieu vous aura données pour les habiter, vous entendez dire à quelques-uns, du démon, sont sortis du milieu de vous, et ont perverti les habitans de leur ville, en leur disant : Allons, et servons les dieux étrangers qui vous sont inconnus ;

13. Informez-vous avec tout le soin possible de la vérité de la chose, et après l'avoir connue, si vous trouvez que ce qu'on vous a dit est certain, et que cette abomination a été commise effectivement ;

14. Vous ferez passer aussitôt au fil de l'épée les habitans de cette ville, et vous la détruirez avec tout ce qui s'y rencontrera, jusqu'aux bêtes.

15. Vous ferez passer aussitôt au fil de l'épée les habitans de cette ville, et vous la détruirez avec tout ce qui s'y rencontrera, jusqu'aux bêtes.

16. Vous amasserez aussi au milieu des rues tous les meubles qui s'y trouveront ; et vous les brûlerez avec la ville, consommant tout en l'honneur du Seigneur votre Dieu, en sorte que cette

Domino Deo tuo, et sit tumulus sempiternus ; non edificabitur amplius,

17. Et non adhaerebit de illo anathemate quidquam in manu tuâ : ut avertatur Dominus ab ira furoris sui, et misereatur tui, multiplicetque te sicut juravit patribus tuis ;

18. Quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta ejus quæ ego præcipio tibi hodie, ut facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — SEQUAMUR DEOS ALIENOS, QUOS IGNORAS, scilicet esse deos, quia nimirum ipsi ea signa divinitatis et providentiæ tibi non ostenderunt, quæ ego in Ægypto et in deserto ostendi.

VERS. 5. — TENTAT (id est, tentare permittit) VOS DOMINUS. Nam, ut ait S. Jacobus, c. 1, 15, Deus propriè neminem tentat ; permittit autem Deus te tentari, ut per hoc elucescat et pateat omnibus, an diligas Deum, necne.

Moraliter, S. Greg. 28 Moral. c. 7 : « Tribus est aut, modis nos conditor noster interrogare consuevit. Primo, cum flagelli districtione nos percussit, et quanta nobis insit, vel desit et patientia, ostendit (sic interrogavit S. Job). Secundo, cum quædam que nolimus præcipit, et nostram nobis obedientiam vel inobedientiam patefacit (sic interrogavit Abraham), jubens ei immolare filium, Genes. 22. Sic et hic dicitur : Tentat vos Dominus Deus vester, et ut sciat si diligitis eum). Tentare quippe Dei est magnis nos jussionibus interrogare. Scire et quoque ejus, est nostram obedientiam nosse nos et facere. Tertio, cum aliqua nobis occulta aperit, et et aliqua abscondit, et nobis mensuram humilitatis nostre innotescit. » Ita fecit S. Paulo, cum exclamavit : O altitudo divinarum sapientiæ et scientiæ Dei !

UT PALAM FIAT. Hebr. et græcè est, ut sciat, scilicet Deus per experientiam, et per eventum, quod per præsentiam præcivit ab æterno. Alter S. Augustinus lib. 1 de Gen. contra Manich. c. 22, ut sciat, inquit, id est, ut scire nos faciat quantum in ejus solidâ dilectione profecerimus. Idem cogitent fideles, hæcque cogitatione se abarment, cum oriuntur hæreses, uti palchre docet Vincentius Lirinens. in l. contra hæreses, ubi hunc Deuter. locum perurget.

CAPUT XIV.

1. Filii estote Domini Dei vestri ; non vos incidetis, nec facietis calvitium super metretu.

ville demeure éternellement ensevelie sous ses ruines, qui ne soient jamais relevées ;

17. Il ne demeurera rien dans vos mains de cet anathème, afin que le Seigneur votre Dieu apaise sa colère et sa fureur, et qu'il ait pitié de vous, et vous multiplie comme il a juré à vos pères, et comme il le fera en effet.

18. Tant que vous écoutez la voix du Seigneur votre Dieu, et que vous observerez toutes ses ordonnances que je vous prescrite aujourd'hui, afin que vous fassiez tout ce qui est agréable aux yeux du Seigneur votre Dieu, et que vous soyez combés de biens.

VERS. 5. — UT ERARE TE FACERET DE VIâ, QUAM TIBI PRECEPIT DOMINUS. De viâ, id est, de ritu vivendi et serviendi Deo : Hebr. enim de-rech, id est, viâ, significat modum vivendi, conversationem, institutum, tenorem vitæ.

VERS. 9. — SED STATIM INTERFICES (accusabis eum, ut statim interficiatur) ; nam sequitur : SIT PRIMUM MANUS TUA SUPER EUM, q. d. : Tu primus in eum lapidem mitte, deinde totus populus ; quod non potest intelligi, nisi de eo, qui publicè per accusatores et judices condemnatus est.

VERS. 15. — EGRESSI SUNT FILII BELIAL, ET AVERTERUNT, id est, cooperant apostate avertete. Surgere enim et egredi, sæpè in Script. significant incipere, et rem aliquam aggredi, uti superius dixi.

Filii Belial sunt homines rebelles et pessimi, qui jugum legis et Dei excutunt, puta filii diaboli ; hic enim primum fuit Belial, id est, apostata. Septuag. vertunt *αποστασία*, id est, exleges. Vide dicta 2 Corinth. 6.

SERVIAMUS DIIS ALIENIS, QUOS IGNORAS. Est emallage personæ ; *εὐ* enim, *serviamus*, est vox apostatarum ; *εὐ* verò, *quos ignoratis*, est vox Dei ; apostate enim dicerent : Quos scitis esse famosos et celebres apud gentes.

VERS. 15. — STATIM PERCUTES. Ad stragem hanc congregabatur universus Israel, uti factum est contra Rubenitas, Josue 22, 12.

VERS. 16. — CONSUMAS DOMINO DEO TUO, scilicet in honorem Dei tui ; erat enim magnus Dei cultus, et quasi quoddam sacrificium, perderet et punire homines illos, ita Deo injurios, blasphemos et sacrilegos cum omnibus suis, et statueret anathema, in exemplum cæterorum ; unde Tertull. in Scorpio, c. 2, anathemata hæc vocat *devotamenta*.

CHAPITRE XIV.

1. Montrez-vous les enfans du Seigneur votre Dieu, par une conduite pleine de sagesse et de

2. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo : et te elegit ut sis ei in populum peculiarium, de cunctis gentibus que sunt super terram.

3. Nec comedatis que immunda sunt.

4. Hoc est animal quod comedere debetis, bovem, et ovem, et capram,

5. Cervum, et capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum.

6. Omne animal, quod in duas partes findit ungulam, et ruminat, comedetis.

7. De his autem que ruminant, et ungulam non findunt, comedere non debetis, ut camelum, leporem, chorogrillum : hæc quia ruminant, et non dividunt ungulam, immunda erunt vobis.

8. Sus quoque, quoniam dividit ungulam, et non ruminat, immunda erit; carnis eorum non vescimini, et cadavera non tangetis.

9. Hæc comedetis ex omnibus que morantur in aquis : Que habent pinnulas et squamas, comedite :

10. Que absque pinnulis et squamis sunt, nec comedatis, quia immunda sunt.

11. Omnes aves mundas comedite.

12. Immundas nec comedatis : aquilam scilicet, et gryphem, et halicetum,

13. Ixion, et vulturum, ac milvum juxta genus suum :

14. Et omne corvini generis :

15. Et struthionem, ac noctuam et larum, atque accipitrem juxta genus suum ;

16. Herodium, ac cygnum, et ibi.

17. Ac mergulum, porphyriorem, et nyctico-racem,

18. Onocrotalum et charadrium, singula in genere suo : upupam quoque, et vespertilionem.

19. Et omne quod reptat et penulas habet, immundum erit, et non comedetur.

20. Omne quod mandam est comedite.

21. Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, dat ut comedat, aut vende ei ; quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques handum in lacte matris sue.

22. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos,

23. Et comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit ut in eo nomen illius invocetur, decimam frumenti tui, et vini, et olei, et primitivæ de armentis et ovis tuis : ut discas timere Dominum Deum tuum omni tempore.

prohibe : ne vous faites point d'incisions, et ne vous faites point fondre pour pleurer les morts comme font les idolâtres.

2. Vous devez être bien éloignés de ces pratiques superstitieuses, parce que vous êtes un peuple saint et consacré au Seigneur votre Dieu, et qu'il vous a choisis de toutes les nations qui sont sur la terre, afin que vous fussiez particulièrement son peuple.

3. Ne mangez point de ce qui est impur.

4. Voici les animaux dont vous devez manger : le boeuf, la brebis, le chevreau.

5. Le cerf, la chèvre sauvage, le buffle, la chèvre-cerf, le chevreuil, l'oryx, la girafe.

6. Vous mangerez de tous les animaux qui ont la corne divisée en deux et qui ruminent.

7. Mais vous ne devez point manger de ceux qui ruminent, et dont la corne n'est point fendue, comme du chameau, du lièvre, du chorogrille. Ces animaux vous seront impurs, parce qu'encore qu'ils ruminent, ils n'ont point la corne fendue.

8. Le porcuauc aussi vous sera impur, parce qu'encore qu'il ait la corne fendue, il ne rumine point. Vous ne mangerez point de la chair de ces animaux, et n'y toucherez point lorsqu'ils seront morts.

9. Entre tous les animaux qui vivent dans les eaux, vous mangerez de ceux qui ont des nageoires et des écailles.

10. Vous ne mangerez point de ceux qui n'ont point de nageoires, ni d'écailles, parce qu'ils sont impurs.

11. Mangez de tous les oiseaux qui sont purs.

12. Mais ne manger point de ceux qui sont impurs, qui sont l'aigle, le griffon, l'aigle de mer,

13. L'ixion, le vautour et le milan, selon ses espèces ;

14. Les corbeaux, et tout ce qui est de la même espèce :

15. L'autruche, la chonette, le farus, avec l'épervier, et tout ce qui est de la même espèce :

16. Le héron, le cygne, l'ibis,

17. Le plongeon, le porphyron, le hibou,

18. L'onocrotalus et le charadrius, chacun selon son espèce ; la huppe, et la chauve-sourel.

19. Tout ce qui rampe sur la terre et qui a des ailes sera impur, et on n'en mangera point.

20. Mangez de tout ce qui est pur.

21. Ne mangez d'aucune bête qui sera morte d'elle-même : mais donnez-la, ou vendez-la à l'étranger qui est dans l'enceinte de vos murailles, et qui ne fait pas profession de votre religion, afin qu'il en mange ; parce que, pour vous, vous êtes le peuple saint du Seigneur votre Dieu. Vous vous accoutumerez à avoir compassion des hommes en s'exerçant envers les animaux mêmes ; ainsi vous ne ferez point cuire le chevreau lorsqu'il tette encore le lait de sa mère, ni dans le lait de sa mère ; ce qui serait une espèce de cruauté.

22. Vous mettrez à part chaque année le dixième de tous vos fruits qui naissent de la terre, pour le donner aux Lévites.

23. Et, outre cette dime, vous mangerez en la présence du Seigneur votre Dieu, au lieu qu'il aura choisi, afin que son nom y soit invoqué, la dixième partie de votre froment, de votre vin et de votre huile, et les premiers-nés de vos bœufs

24. Cum autem longior fuerit via, et locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibi que benedixerit, nec poteris ad eum hæc cuncta portare,

25. Vendes omnia, et in pretium rediges, portabisque manu tua et proficietis ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus :

26. Et emes ex eadem pecunia quidquid tibi placebit, sive ex armentis, sive ex ovibus, vinum quoque, et siceram, et omne quod desiderat anima tua : et comedes coram Domino Deo tuo, et epulaberis tu et domus tua :

27. Et Levites qui intra portas tuas est : cave ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua.

28. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi eo tempore ; et repones intra janua tuas.

29. Venietque Levites qui aliam non habet partem nec possessionem locum, et peregrinus, ac pupillus, et vidua, qui intra portas tuas sunt, et comedet et saturabuntur, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum que feceris

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — FILII ESTOTE DOMINI DEI VESTRI, gerite vos ut filios Dei, Deum ut patrem æternum et summum colite et adorare, eique per omnia obedite.

NEC FACIETIS CALVITUM. Hebr. : *Non ponetis calcitium inter oculos vestros propter mortuum*, id est, ait Vatablus, cum quis ex amicis vestris vita functus fuerit, non tondebitis partem anteriorem capitis, que est inter oculos vestros, sicut gentes faciunt, que non habent spem future vite et resurrectionis. Vide dicta Levit. 19, v. 28. Judæi enim etiamnum credunt anime immortalitatem et futuram vitam : unde orant ipsi pro defunctis, ut patet ex eorum Symbolo quod recitat Genebrardus in Chronol. Porrò hunc funeris ritum adhuc hodie servant Judæi. Primò, mortuo quopiam, mox amici ejus propinquiores lacerant vestes suas, nec comedunt eo die in domo illa, sed foris. Secundò, non comedunt carnes, nec bibunt vinum, nisi fuerit sabbatum. Tertio, per septem dies lectus nec lavant corpus, nec unguentis persfundunt. Quarto, lectum sternunt in pavimento, et à venerè abstinent. Quintò, nudis pedibus sequuntur funus, et incensam accendant in pavimento domus per septem noctes, quod credant animam defuncti redire ad locum

et de vos brebis, afin que vous appreniez à craindre le Seigneur votre Dieu en tout temps.

24. Mais lorsque vous aurez un trop long chemin à faire, pour aller jusqu'à lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi, et que le Seigneur votre Dieu vous ayant bénis, vous ne pourriez lui apporter toutes ces dîmes,

25. Vous vendrez tout, et en aurez de l'argent que vous porterez en votre main, et vous irez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi.

26. Vous achèterez de ce même argent tout ce que vous voudrez, soit des bœufs, soit des brebis, du vin aussi et du cidre, et de tout ce que vous désirerez, et vous en mangerez devant le Seigneur votre Dieu, vous réjouissant vous et votre famille.

27. Avec le Lévite qui est dans l'enceinte de vos murailles ; prenez bien garde de ne le pas abandonner ; parce qu'il n'a point d'autre part dans la terre que vous possédez, que cette portion que vous devez lui donner.

28. Tous les trois ans vous séparerez encore une autre dime de tous les biens qui vous seront venus en ce temps-là, et au lieu de les porter dans l'endroit que le Seigneur aura choisi, vous les mettrez en réserve dans vos maisons ;

29. Et le Lévite, qui n'a point d'autre part dans la terre que vous possédez, l'étranger, l'orphelin et la veuve qui sont dans vos villes, viendront en manger chez vous, et se rassasier, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans tout le travail que vous ferez de vos mains.

ubi à corpore discessit, et deplorare dissolutionem suam. Sextò, dicunt orationem, in qua petunt ut anima defuncti requiescat, et ducatur in paradisum.

VERS. 3. — TRAGELAPHUM, id est, hircocervum ; est animal ex hircò et cervâ progenitum et commixtum ; non fictitium, ut hoc nomen accipiunt dialectici, sed verum, et realiter existens ad Phasim fluvium, herbam et armorum villis hirci habens, reliqua cervo simile. Ita Plinius lib. 8, c. 32. Hebræi putant esse hircum sylvestrem. Tragelaphus ergo, æquæ ac pygargus, et oryx munda erant animalia, quibus vesci poterant Judæi.

PRYGARGUM. Pygargus hic non est aquila ita dicta, de quà Arist. ; aquile enim omnes inter immundas aves relate sunt, Lev. 11, 15 ; pygargus autem hic censetur animal mundum. Chaldeus putat esse unicornem ; verius est, pygargum esse caprea genus, simile damis, de quo Plin. lib. 8, 53.

ORYGEM. Oryx animal est in Gethullâ nascentis, bisulcum et unicornis, alicuj capra non dissimile, pilum habens contra altorum animalium naturam, ad caput versum ; sicut ortum canicule, tanquam ejus sideris adventum presentiens, fixis oculis eam cœli plagam intuetur,

ubi primam signum hoc exoritur, coque conspecto sterauit, et velut venerandus adorat. Ita Plinius lib. 2, c. 40, et lib. 8, c. 55, et Columella lib. 10.

CAMELOPARDALUM. Animal erat mundum, ac proinde diversum à camelo, qui erat immundus. Camelopardalus ergo est animal cameli proceritate, colore pantherae, maculas habens, tenui cervice, capite simile camelo, pedibus et cruribus bovi. Ita Plin. l. 8, c. 18, et Dion l. 42, Hist. Rom. Vide Anton. Nebriss. in Quinquag. c. 8.

Tropol. camelopardalus symbolum est hominis variabilis et hypocrite. Sicut enim ipse collo refert equum, pedibus boveum, capite camelum, maculis tigrum aut pardum; ita quidam inaequales sibi varias hominum formas exprimunt; si cultum inspicias, sanctum aliquem esse existimes; si orationem audias, satrapam loqui putes; si vitam expendas, nebulonem invenies; si scripta, bubulcum. Sic quidam in templo sunt angeli, in foro et curiâ demones, in colloquio homines, in mensâ lupi, in cubiculis veneres.

Verum quia camelopardus mundum erat animal, hinc aptius per illud accipias hominem versatilem et gratiosum, qui se omnium moribus et ingenis, quantum fas est, accommodat, novitque se versare in omnes partes et formas: qualis fuit Ulysses, quem proinde Homerus vocat ἀόλητα πειρίπορον. Sic S. Paulus omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret; hinc cum Judæis servabat legalia, cum gentibus gentiliter vivebat.

VERS. 15. — IXION. Est avis è vulturum genere; unde Levit. 11 eam subicit, ac sub vulturibus intellexit et vetuit Moses. Hebraicè vocatur *raa*, à videndo, quod acie oculorum valeat. Ita Vatablus et Abulensis. Cetera animalia munda et immunda explicata sunt Levit. 11.

VERS. 21. — PEREGRINO, etc., DA, UT COMMENT. Per Peregrinum intellige gentilem in gentilismo manentem; hic enim non tenebatur legibus Judaicis, ac proinde poterat vesci animalibus immundis. Secus erat de gentili proselyto, id est converso ad judaismum; hic enim lege Judaicâ, ac consequenter abstinentiâ à cibis immundis obstringebatur. Ita Abulensis.

VERS. 22. — DECIMAM PARTEM SEPARABIS DE CUNCTIS FRUCTIBUS TUIS. Ex hoc loco et ex Josepho colligit Theod. hic q. 45, Abulensis, Olearius et Cajetan. duplices decimas Judæis

quotannis fuisse præscriptas. Primæ erant omnium frugum terræ, gregum et armentorum, quæ totæ dabantur Levitis; neque ferebantur in Jerusalem, sed Levitæ, ad quos eæ pertinebant, colligebant eas per civitates sibi vicinas; ex hisce decimis, Levitæ rursim decimam partem dabant pontifici et sacerdotibus, ut patet Num. 18, v. 26 et 28; ibi enim agitur de primis hisce decimis. Secundæ decimæ erant illæ, quas quotannis Hebræi separabant, post primam jam dictam decimationem, ex novem residuis sibi partibus accipiendo decimam, ut ex eâ, euntes ad tabernaculum (quod ter in anno faciendum erat, ut patet Exodi 25, 17, et cap. 34, 25) partim in itinere viverent, partim offerrent hostias pacificas de quibus comederent coram Domino, unâ cum Levitis, quos ad epulandum secum invitabant. Quod dixi de decimis hisce, idem dico de primitiis: quia post primitias quæ toto cedebant Domino, separabat sibi quisque aliquam, tanquam primitias secundas, quibus uteretur ascensus ad Dominum. Idem dico de primogenitiis ovium et hominum, videlicet post primogenitum Deo datum, Hebræos separâsse aliud animal in hostiam pacificam; idem dico de votis et donariis. De hisce ergo secundis decimis loquitur hic lex, usque ad v. 28; de hisce etiam agit c. 12, 17. Tertiæ decimæ erant decimæ quæ singulis triennis separabantur et dabantur pauperibus, viduis, pupillis et Levitis in modum elemosynæ, ne ipsi ob paupertatem cogerentur servire gentilibus, à quibus facile induci potuissent ad idololatram. De tertiis hisce decimis agitur v. 28, ubi dicitur: *Anno tertio separabis aliam decimam.* Unde patet, hæc non eandem fuisse decimam cum primâ, quasi decimæ quæ duobus annis Levitarum erant propria, tertio anno jubeantur esse communes pauperibus aequè ac Levitis, ut aliqui volunt, sed fuisse aliam, scilicet tertiam; et ita enim veritè interpret. Ita de Tobîâ dicitur c. 1, v. 7, quod in *anno tertio proselytis et advenis ministraret omnem decimationem.* Si Judæi triplices, quidni Christiani unas et simplices Deo dent decimas? si Judæi decimis suos alabant pauperes, quidni islem faciant Christiani? Novi viros in republicâ magnos, qui opum suarum, imò omnium lucri sui decimas dant pauperibus, et ad id lege charitatis et religionis putant se quasi obstringi.

Præclare Nyssen. lib. de Beatitude. : « Si, inquit, misericordis appellatio Deum docet, ad quid aliud te sermo Christi hortatur, nisi ut Deus fiat, tanquam insignitus propriâ nobis

« deitatis? » Et Nazianz. in Orat. de pauperum Amore: « Fac calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando. » Et Chrysost. hom. 3 ad populum: « Melius est hæc artem dandi elemosynam scire, quam esse regem. Hæc enim domos edificat in caelis semper manens; hæc docet quomodo Deo possis similis fieri; » et hom. 56: « Magna res est homo, et pretiosa vir misericors. Hæc major est gratia, quam mortuos resuscitare; nam hic tu de Christo bene mereris; illi autem ipse de te; miracula enim Deo debes. »

Audi rarum de hisce decimis exemplum, quod narrat Euegypius in Vita S. Severini, Noricorum Apostoli, cap. 17, contigitque sub anno Domini 475. Lauriacenses cives moniti à S. Severino decimas dare pauperibus, id facere distulerant, idcirco segetes eorum aliâ pulchras invasit rubigo; illi ad cor redeuntes cul-

CAPUT XV.

1. Septimo anno facies remissionem,
2. Quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico, vel proximo, ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini.
3. A peregrino et advena exigis: civem et propinquum repetendi non habebis potestatem.
4. Et omnino indigens et mendicus non erit inter vos; ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terrâ quam traditurus est tibi in possessionem.
5. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, et custodieris universa quæ jussit, et quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, ut pollicitus est.
6. Fenerabis gentibus multis, et ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, et tui nemo dominabitur.
7. Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terrâ quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahas manum;
8. Sed aperies cum pauperi, et dabis mutuum, quo cum indigere perspexeris.
9. Cave ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo: Appropinquat septimus annus remissionis; et avertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare; ne clamet contra te ad Dominum, et fiat tibi in peccatum.
10. Sed dabis ei; nec ages quippiam callide in ejus necessitatibus sublevandis; ut benedicat

pani confessi, veniam petierunt à S. Severino, qui eis respondit: « Si decimas obtulissetis pauperibus, non solum aeternâ mercede frueremini, sed etiam commodis possidetis abundare presentibus; sed quia culpam propriâ confessione castigatis, de Domini pietate polliceor, quod rubigo præsens, licet tam valida, non nocebit: tantum fides vestra ulterius non vacillet; inde hortatus est idcirco jejuniûm, quo expleto placidus imber desperata messis amputavit incommoda. Illicusque Euegypius, S. Severini discipulus et oculus rei gesta testis. Quinimo etiamnum Judæi religiosiores, licet templum, sacerdotes et Levitas non habeant, decimum tamen numerum honorum omnium pauperibus erogant, habentque hoc proverbium: *Da decimas, ut ditescas*; id enim, inquit, promisit Deus per Malachiam c. 3, vers. 10, est-que verum.

CHAPITRE XV.

1. La septième année sera l'année de la remise de toutes les dettes.
2. Elle se fera en cette manière: Un homme à qui il sera dû quelque chose par son ami, ou son prochain et son frère, ne pourra le redemander durant cette année, parce que c'est l'année de la remise du Seigneur.
3. Vous pourrez l'exiger de l'étranger et de celui qui est venu de dehors en votre pays; mais vous n'aurez point le pouvoir de le redemander à vos concitoyens et à vos proches.
4. Et non-seulement vous ne redemanderez pas ce qui vous sera dû, mais il ne se trouvera parmi vous aucun pauvre ni aucun mendiant, par le soin que vous aurez de leur procurer tout ce qui leur sera nécessaire, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans le pays qu'il vous doit donner pour le posséder.
5. Si toutefois vous écoutez la voix du Seigneur votre Dieu, et que vous observiez ce qu'il vous a commandé, et ce que je vous prescris aujourd'hui, c'est alors qu'il vous bénira comme il vous l'a promis.
6. Alors vous prêterez à beaucoup de peuples, et vous n'emprunterez rien vous-mêmes de personne; vous dominerez sur plusieurs nations, et nul ne vous dominera.
7. Si, étant dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, un de vos frères qui demeurera dans votre ville tombe dans la pauvreté, vous n'endurcirez point votre cœur, et ne resserrerez point votre main à son égard.
8. Mais vous l'ouvrirez au pauvre, et vous lui prêterez ce dont vous aurez besoin.
9. Prenez garde de ne vous point laisser surprendre à cette pensée impie, et de ne pas dire dans votre cœur: La septième année, qui est l'année de la remise, est proche; et de détourner ainsi vos yeux de votre frère qui est pauvre, sans vouloir lui prêter ce qu'il vous demande, de peur qu'il ne crie contre vous au Seigneur, et que cela ne vous soit imputé à péché.
10. Mais vous lui donnerez ce qu'il désire, et vous n'userez d'aucune finesse, lorsqu'il s'agit

tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, et in cunctis ad que manum miseris.

11. Non deerunt pauperes in terrâ habitatiōnis tuæ : idcirco ego precipio tibi, ut aperiam manum fratri tuo ego et pauperi, qui tecum versatur in terrâ.

12. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, et sex annis seruerit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum ;

13. Et quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire poteris ;

14. Sed dabis vaticum de gregibus, et de aræ, et toreulari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.

15. Memento quod et ipse serueris in terrâ Ægypti, et liberaverit te Dominus Deus tuus, et idcirco ego nunc precipio tibi.

16. Sin autem dixerit : Nolo egredi ; eò quod diligit te, et domum tuam, et bene sibi apud te esse sentiat ;

17. Assumes subulam, et perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, et serviet tibi usque in æternum ; ancilla quoque similiter facies.

18. Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos : quoniam juxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus que agis.

19. De primogenitis, que nascuntur in armentis, et in ovibus tuis, quidquid est sextus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bovis, et non tondebis primogenitum ovium.

20. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos, in loco quem elegerit Dominus, tu et domus tua.

21. Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deformis vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo.

22. Sed intra portas urbis tuæ comedes illud : tam mundus, quam immundus similiter vescetur eis, quasi capræ et cervo.

23. Hoc solum observabis, ut sanguinem eorum non comedas ; sed effundes in terram quasi aquam.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — CUI DEBETUR ALIQUID AB AMICO, VEL PROXIMO, AC FRATRE SUO, id est, à Judæo, qui

de le soulager dans sa nécessité ; afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse en tout temps, et dans toutes les choses que vous entreprendrez.

11. Vous aurez toujours lieu d'attirer par vos charités cette bénédiction sur vous ; car il y aura toujours des pauvres dans le pays où vous habiterez. C'est pourquoi je vous ordonne d'ouvrir votre main aux besoins de votre frère qui est pauvre et sans secours, et qui demeure avec vous dans votre pays, afin de vous rendre le Seigneur favorable.

12. Lorsque votre frère ou votre sœur, Hébreux d'origine, vous ayant été vendus, vous auront servi six ans, vous les renverrez libres la septième année.

13. Et vous ne laisserez pas aller les mains vides celui à qui vous donnerez la liberté.

14. Mais vous lui donnerez, pour subsister dans le chemin, quelque chose de vos troupeaux, de votre grange et de votre pressoir, comme des biens que vous avez reçus par la bénédiction du Seigneur votre Dieu.

15. Souvenez-vous que vous avez été esclaves vous-mêmes dans l'Égypte, et que le Seigneur votre Dieu vous a mis en liberté ; c'est pour cela que je vous ordonne ceci maintenant.

16. Que si votre serviteur vous dit qu'il ne veut pas sortir, parce qu'il vous aime vous et votre maison, et qu'il trouve son avantage à être avec vous,

17. Vous prendrez une alêne, et vous lui perceriez l'oreille à la porte de votre maison, et il vous servira pour jamais. Vous ferez de même à votre servante ; vous ne la laisserez point aller sans lui donner de quoi subsister durant le chemin.

18. Ne détournez point vos yeux de dessus eux, après que vous les aurez renvoyés libres ; mais soyez attentifs à leurs besoins. Ils méritent cette attention de votre part, puisqu'ils vous ont servi pendant six ans, comme vous auriez servi un mercenaire ; ne la leur refusez donc pas, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans toutes les choses que vous ferez.

19. Vous consacrez au Seigneur votre Dieu tous les mâles d'entre les premiers nés de vos bœufs et de vos brebis. Vous ne labourerez point avec le premier-né du bœuf, et vous ne tondrez point les premiers-nés de vos moutons ;

20. Mais vous les mangerez chaque année, vous et votre maison, en la présence du Seigneur votre Dieu, au lieu que le Seigneur aura choisi pour y recevoir vos offrandes.

21. Que si le premier-né a une tache, s'il est boiteux ou aveugle, s'il a quelque difformité ou quelque défaut en quelque partie du corps, il ne sera point immolé au Seigneur votre Dieu, et ne lui sera point offert en sacrifice ;

22. Mais vous le mangerez dans l'enceinte des murailles de votre ville : le pur et l'impur en mangeront indifféremment, comme on mange du chevreuil et du cerf.

23. Vous prendrez garde seulement de ne point manger de leur sang ; mais vous le répandez sur la terre comme de l'eau.

genere frater est, idcirco amicus et proximus. Lex ergo hæc solum loquitur de Judæo debi-

to, qu alteri Judæo aliquid debet ; hic enim anno septimo remissionis, omni debito, ex legis hujus indulgentiâ, solvabatur : non verò loquitur de proselytis ad judaismum conversis ; hi enim anno septimo, debitâ suis obstricti manebant. Ita Abulensis. Porro debitum intellige ex mutuo, aut venditio ; non autem ex accommodato ; quia hoc propriè non est debitum, sed alienum, sive res ad alterum spectans. Ita Abulensis. Vide dicta Lev. 25, 2 et seq.

VERS. 5. — CIVEM ET PROPINQUUM REPETENDI NON HABEBIS POTESTATEM. Hebr. ab eo quod fuerit tibi apud fratrem tuum remittes manum tuam (id est, remittes petitionem debiti, que fit extensione manus) fratri tuo, puta Judæo.

VERS. 4. — ET OMNINO INDIGENS ET MENDICUS NON ERIT INTER VOS, q. d. : Curate pro posse vestro, ut non sint inter vos indigentes et mendici, mutando videlicet pauperibus, præsertim infirmis aut invalidis ea quibus indigent, illisque ea remittendo anno septimo, si ante ea solvere et reddere nequeant ; cum hoc ergo rectè consistit id, quod dicitur v. 11 : Non deerint pauperes in terrâ habitatiōnis tuæ ; ibi enim pauperes fore significat ; hic verò eis subveniri jubet. Voluit enim Deus semper inter Hebræos esse aliquos pauperes, ut divites haberent occasionem misericordie in eos exercendæ ; unde etiam si Hebræi conati fuissent efflicere, ne in Israel ulli essent pauperes, nunquam tamen id ipsum reipsâ perficere potuissent.

Alter conciliat Vatablus ; ait enim apud Hebræos fuisse privatos pauperes, nullos autem mendicos publicos, uti jam fit in rebus publicis bene ordinatis.

Rursùm hunc locum ita vertit : Præterquam si non sit pauper in te, q. d. : Pauperibus fratrum remittes pecuniam creditam ; sed divites fratres excipio, quibus non remittes, cum habeant unde reddere possint. Verùm hæc versio dissentit ab Heb., Chald., Sept. et nostro.

VERS. 6. — FOENERABIS GENTIBUS MULTIS. Pro fenerabis, hebr. est, haabatta, id est, mutuabis, vel mutuo dabis. Ita Chaldaeus et Septuag. ; vertunt enim, locutus estis multatis, et sic est verbum. Unde patet, Judæos hæc nullum suarum usurarum habere patrocinium. Sensus ergo est, q. d. : Si anno septimo dimittas debita tuis debitoribus, non depauperabis, sed Deus benedict tibi, teque ditabit, ita ut mutuum aliis des, sed à nemine accipias ; sicut enim per que quis peccat, per hæc et punitur, sic vicissim per que quis meretur, per hæc et præmiatur, inquit Abulensis.

VERS. 9. — CAVET. Septuag. vertunt, attende tibi ipsi. Unde S. Ambros. in psal. 418, sumptum putat illud celebre dictum : Nota teipsum, quod gentiles Apollini Pythio tribuerunt. Rectè Clemens lib. 5 Pædagog. : Est disciplinarius omnium pulcherrima et maxima, seipsum nosse. Si quis enim seipsum norit, Deum cognoscit. Hinc S. August. lib. 2 Soliloqu. c. 1, ait, brevissimè ac perfectissimè sic orari Deum : Deus semper idem, notorim te, notorim me. Et S. Franciscus : Quis tu, domine ? quis ego ? Tu abyssus entis, boni, sapientiæ, virtutis, perfectionis et gloriæ ; ego abyssus nihil, mali, ignorantie, vitiarum, miserationum et villitatis omnis. F. contrario Plato in Philebo, ignorantiam sui vocat genus improbitatis universe ; nam, ut idem ait in Amatoribus, nosse seipsum est absolute sapere, ab eoque omnis vite sapientia et justitia pendet. Xenophon lib. 4 de Dietis Socratis, ait, eos qui se ignorant, neque ad regimen sui, neque ad familia aut republicæ gubernationem idoneos esse. Quare prudenter monet S. Bernardus in Meditation. c. 5 : Stude cognoscere te, quia multo melior et laudabilior es, si te cognoscis, quam si te neglecto cognosceres cursum siderum, vires herbarum, naturas hominum et animalium, et haberes omnium celestium et terrestrium scientiam. Redde ergo te tibi, et si non sentes per, vel sæpe, saltim interdum.

NE DICAS, etc. : APPROPINQUAT SEPTIMUS ANNI, q. d. : Ne dicas : Instat septimus annus remissionis, si quid fratri mutuavero, aut credidero, non restituat mihi, sed instante anno septimo liber à debito erit, itaque non mutuabo, non credam ei. Hæc erat calliditas mutuo dantium, que hic vetatur. Poterat esse et calliditas mutuo accipientium, si videlicet ipsi essent divites, et instante anno septimo peterent mutuum, ut anno septimo ejus restitutione liberarentur. Sed huic calliditati occurrendum erat, negando eis tale mutuum ; dicendoque : Tu dives es ; ergo mutuo non eoque. Ita Abulensis.

NOLENS EI QUOD POSTULAT, MUTUUM COMMODARE, id est, mutuum dare ; nam, si quis aliquid alteri accommodasset, sive commodatò delisset, id in specie anno septimo, æquè ac aliis annis restitendum erat ; erat enim alienum, ut dixi v. 2. Ita Abulensis.

ET FIAT TIBI IN PECCATUM, id est, et irascatur tibi Dominus, teque acriter puniat : peccatum ergo ponitur pro peccati peccati, metonymicè. Ita Vatabl.

VERS. 10. -- NEG AGES QUIPPAM CALLIDÈ, CO
modo quo v. 9 explicui.

Moral. Nota hic, quàm fuse et impense Deus
Hebraeis panperum curam et opem commendat.
Eandem commendat Daniel, 4, 27, Nabucho-
donosori, ut per eam peccata sua redimat.
Sic Christus pauperes ad convivia vocari præ-
cepit, Lucæ 15, 14, et bona illis collata sibi lar-
gita esse asserit, Matth. 23, v. 40, quòdque illi
recipientes sibi eleemosynam in aeterna
tabernacula, Lucæ 16, v. 9. Unde et pauperes
spiritu beatos esse pronuntiat, Matth. 5, 5. Imò
ipse pauper esse voluit; quare discipulo cuidam
dixit: *Vulpes foveas habent, et volucres caeli ni-
dos; Filius autem hominis non habet ubi caput
suum reclinet.* Hinc et S. Petrus Christum imi-
tans dicebat claudo: *Argentum et aurum non
est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In no-
mine Jesu Christi Nazareni surge et ambula.* Et
S. Paulus de se alisque Apóstolis dicebat: *Usque
in hanc horam et esurimus, et silimus, et
nudi sumus, 1 Corinth. 4, v. 11; et: Scio et hu-
militari, scio et abundare: et satiare, et esurire;
et abundare, et penuriam pati, Philip. 4, 12. Na-
zianz. Orat. 16 de pauperum Amore: « Nullus,
inquit, cultus Deo perinde gratus est ut mi-
sericordia erga pauperes. Nam primò, Deus
vult quosdam esse pauperes, ut nos infirmi-
tatis nostræ submoneant. Secundò, pauperes
juvandi sunt, quia fratres nostri sunt, tum
nature, tum imaginis Dei in Christo renova-
tae, tum fidei, spei, dilectionis, et adoptionis
divine, tum vite beate respecta. Tertio, quia
ad Christum communem fratrem aspiramus.
Quartò, quia cum nihil sit stabile in presen-
ti, de opibus per pauperes in tuto collocandis
est cogitandum. Quintò, ob infinita hujus rei
commoda, quæ ad tria revocari possunt, sci-
licet, ex malis præservatio, salutis certitudo,
premierum maxima fiducia. Sextò, quia Deus,
qui innumera nobis contulit beneficia, jubet
et pauca fratribus largiamur. Septimò, nihil
tam Deo proprium, quàm misericordia et be-
nevolentia; ille autem nobis imitandus est.
Octavò, pauperes sub speciali curâ et provi-
dentia Dei latent, teste Scripturâ. Nonò, quia
in die iudicii electi ob eleemosynas factas
in caelo, reprobi ob eas neglectas inferno adju-
dicantur. » S. Augustinus, si quando Eccle-
siae pecunia deficeret, hoc populo annuntiabat,
non habere se quod in pauperes erogaret; nam
et vasa dominica ob captivos et alios egentés
frangi jussit, et in eos dispensari, inquit Possi-
don. in ejus Vita c. 21.*

Placilla, Theodosii imper. uxor, suâ manu
fovebat pauperes et infirmos; cumque nonnulli
eam ab iis avocare vellent, respondit: « Au-
rum distribuere deest imperatorem: ego au-
tem pro ipso imperio, ei qui idipsum dedit,
operam hanc offerre debeo; » testis est
Theodor. lib. 5 Histor. c. 18. Acacius, Amidae
episcopus, ut pauperes Persas ad septem millia
captivos redimeret, vasa sacra vendidit, dicens
suis clericis: « Deus noster neque laucibus,
neque peculis eget; quare convenit hæc in
ejus milites afflictos disperiri, » testis est
Socrat. l. 7, c. 21. Theophilus quoque: « Præ-
cipue stat, inquit, agrotorum corpora, quæ ve-
ritus Dei templa sunt, restaurare, quam templa
« lapidea ædificare. » Ita Sozom. lib. 8,
c. 12.

VERS. 12. -- IN SEPTIMO ANNO DIMITTES TER-
RUM LIBERUM, computando scilicet annum septimum
non à venditione servi, sed ab anno remis-
sionis, qui status erat et communis omnibus.

VERS. 17. -- SERVET TIBI ESQUE IN ÆTERNUM,
id est, usque ad jubileum, post quod aliud et
novum quasi seculum sequebatur. Patet ex di-
ctis Exodi 21, 6.

ANCILLE SIMILITER FACIES, scilicet dando ei
viaticum, non autem perforando ei aurem, in-
quit Abulens; nec enim habebatur ancilla he-
braea, ut serva, sed puber effecta, debebat aut
duci in conjugem ab hero, vel ab heri filio, aut
libera dimitti; quod si nollet, sed mallet man-
nere in domo heri serva, perforabatur ei auris,
ait Cajetanus, sequè ut servo. Vide dicta
Exodi 21, 7.

Symbolicè, servus et ancilla sunt ira et cupi-
ditas; hæc totâ annorum hebdomadè, id est,
totâ vitâ, serviant et subigantur rationi ne-
cesse est, usque ad sabbatum, sive septimum
annum beate impatibilitatis; tum enim ira
dimittitur quasi libera, quando transmitti-
bitur in fervorem spirituales, et cupiditas
convertitur in divinum amorem et voluptatem;
ita Cyrill. in Collectaneis ex Deuteronomio.

VERS. 18. -- NON AVERTAS AB EIS OCCULOS TUOS,
QUANDO DIMISERIS EOS LIBEROS. Heb., Chald. et
Septuag. : *Non graveris in oculis tuis, cum di-
mites eum, id est, non erit tibi molestum di-
mittere servum, sumque juvare viatico.*

Allegor. Cyrill. lib. 7 de Adorat. pag. 157:
Ante Christum, inquit, spiritu servitutus Israel
constringebatur, legi punientis subjectus; at
postquam anno septimo emmissionis, scilicet
tempore gratiæ, illuxit Emmanuel, libertate et
adoptione filiorum donati sumus, dato viatico,

videlicet corpore et sanguine Domini, in Eu-
charistia.

QUONIAM JUXTA MERCEDEM MERCENARII, PER SEX
ANNOS SERVIVIT TIBI. Chald. Vatabl. et alii re-
centiores vertunt: *Quoniam duplici mercede
mercenarii servit tibi sex annis.* Quod Hebraei
exponunt, duplam dici servi mercedem, qui
sex annos servus fuit; quia mercenarii apud
Hebraeos ad tres tantum annos operas suas lo-
cabant; servus verò hic sex annos serviebat;
ergo in duplam serviebat, et merebatur. Ve-
rum Septuag. pro duplici mercede, vertunt *tre-
cas partes*, id est, *annuum mercedem*, ut hebraicum
missæ, derivetur, non à *sceni*, id est, secundus,
sed à *schana*, id est, annus, q. d.: Per sex an-
nos, annuâ mercede tibi servit; quod noster
apud pleno sensu vertit: *Juxta mercedem mer-
cenarii, per sex annos servit tibi.* Sensus ergo
est hic, servus per sex annos ut mercenarius
tibi servitit, cui mercedem annuam quotannis
persolvere debuisset, ipse verò nullam recipit
per sex annos; æquum ergo est, ut ejus loco,
anno septimo eum manumittas, cum aliquâ an-
nonâ ad viaticum.

VERS. 19. -- NON OPERABERIS IN PRIMOGENITO
BOVIS, quia hic primogenitus Deo debetur; et
iniqum est, ut ex animali Dei, ejusque pri-
mitiis, tibi vel primas operas, vel lanam præ-
ceperas.

ET NON TONDERIS PRIMOGENITA OVium, sed cum
lanâ suâ offeras ea ad sacerdotem, ut tam la-
nam, quàm ovem des Deo, id est, sacerdoti
vice Dei.

Tropol. S. Gregor. 8 Moral. 54: « Moses,
inquit, hic vitam inchoantium humanis oc-
cupationibus exerceri prohibuit; in primo-
genito quippe bovis operari, est bonæ con-
versationis primordia in exercitio publicæ
actionis ostendere; ovium quippe primoge-
nita tondere, est ab occultationis suæ te-
nigine humanis oculis inchoantia bona opera
nostra denudare. Cum ergo vita nostra sim-
plex quid atque innocuum inchoat, dignum
est, ut secreti sui velamina non relinquat, ne
nudum hoc humanis oculis quasi subducto
« vellere ostendat. »

VERS. 20. -- IN CONSPECTU DOMINI DEI TUI CO-
MEDES EA. *Comedes*, id est, « sacerdos; est
enim hic mutatio personæ; convertit enim
Moses sermonem ab offerentibus ad sacerdotés,

CAPUT XVI.

1. Observa mensem novarum frugum, et
veni primum temporis, ut facias phase Do-

quorum erat comedere primogenita; nam ad
hos solos illa spectabant, ut clarè patet Num.
18, 17. Ita Abulensis. Porrò jubet ea hic Deus
comedi in loco sancto, puta in atrio templi,
quia jusserat eadem sibi offerri in templo suo
eorum sanguine, et adipe cremato, ut fue-
rat in hostiâ pacificâ, ut patet Num. 18, 17:
*Quia sanctificata, inquit, sunt Domino, sangui-
nem tantum eorum fundes super altare, et adipem
adoles in suavissimum odorem Domino.* Post
immolationem autem hostiæ pacificæ, carnes
ejusdem ab offerentibus eodem loco, puta in
atrio templi, comedi debebant; omnis enim
victima, quia Deo sanctificata, in loco sancto
comedi debebat, ut patet Levit. 6, 16, et c.
7, 6. Idipsum significat hæc lex et phrasis:
Epulaberis coram Domino, id est, in atrio tem-
pli, scilicet ex hostiis pacificis cæterisque obla-
tionibus. Unde ea identidem repetitur Deut.
12, v. 12 et 18, et 14, 26, et c. 16, v. 11 et
14, et c. 27, 7, ubi dicitur: *Immolabis hostias
pacificas, comedesque ibi et epulaberis coram
Domino Deo tuo.* Igitor ob similitudinem primo-
genitorum cum hostiâ pacificâ, simili modo
jubet hic Deus, ut sacerdotes, quibus jure di-
vino cedebant primogenita, eadem offerant
Deo in templo, ac post oblationem eadem ibi-
dem comederent, ut hæc comestio esset con-
summatio et complementum oblationis simili
sacrificio pacifico. Sancti ergo Deus, ea quasi
sancta, à sanctis sacerdotibus comedi in loco
sancto, præsertim quia sacerdotes habitabant
juxta templum, utpote percipere ejus custodes
et ministri; Levite verò per omnes Judææ
urbes ad populum docendum dispersi erant.
Ex dictis patet, non rectè Cajetanum primo-
genitum accipere improprie pro primitiis
et carnis Deo separatis ad epulum sacrum.

Mysticè vide Rabanum, qui totus hic, sequè
ac per reliquam S. Scripturam mysticis et
moralis est. Unde ex ipso magnâ ex parte con-
flata est Glossa ordinaria.

VERS. 21 et 22. -- SIN AUTEM HABUERIT MAC-
LAM, VEL CLAUDUM FUERIT, etc., NON IMMOLA-
BITUR, etc., SED INTRA PORTAS URBIS ES ET COMEDES
ILLUD. Si animal primogenitum esset claudum,
cæcum, mancum, immolari non poterat, sed
pretio sacerdotibus dato redimendum erat; tum
à hâc quolibet loco comedi poterat. Ita Abul-
lensis.

CHAPITRE XVI.

1. Observez le mois des grains nouveaux, qui
est au commencement du printemps, en celé-
brant la pâque en l'honneur du Seigneur votre